Fragmentarium

1

Incipiunt Sermones de
Sanctis Thome de hasel
pach magistri artium liberalium
Reuerendi ac Professoris
sacre Theologie eximii vni
uersitatis wiennensis Prolo
gus primi sermonis De sancto
Andrea apostolo

Ambulans Iesus
iuxta mare galilee
uidit duos fratres sy
monem et andream
fratrem eius etc. Mat
iiii^to Beatus ambro
sius quinto libro super luca capitulo septi
uolumis unde que apostolos quos christus in mun
do uoluit eligere discipulos pauperes et
ignobiles dicit Christus uocauit discipulos
suos et elegit duodecim quos ad
propagandum auxilium salutis humane
per orbem terrarum satores destinare sileo
aduertere celeste consilium quod non sapien
tes aliquos non diuites et nobiles sed pisca
tores et publicanos quos diligeret
ne traduxisse prudencia ne redemisse diui
ciis ne potencie nobilitatisque auctoritate
traxisse aliquos ad sua uideretur et uita
tis uero non disputacionis gratia preualeret
Et wlt dicere quod ideo christus pauperes / ~~[illegible]~~ et simplices
elegit ne ~~alii~~ possint dicere quod fides aliqua
christiana uel per potenciam sicut fides maho
meti uel per diuicias uel per sapienciam esset
plantata in mundo sed pocius hoc
ascribetur diuine potencie et bonitati
sicut hoc tangit augustinus xviii de ciuitate
dei capitulo xlviii dicens apostolos elegit
deus humiliter natos inhonoratos
illiteratos ut si quid magni essent aut facerent in eis et ipse facere uideretur
Ideo ~~in eis~~ apostolus innuit i ad Cor i^o Vide
te uocacionem uestram fratres quod non multi sa
pientes i. philosophi non multi potentes non multi no
biles sed que stulta sunt mundi elegit deus
homines illiteratos et simplices ut confun
dat fortia i. sapientes ut ostendat eos
confusibiles abscondendo ab eis ~~propter~~ propter suam
superbiam misteria celestia que reuelauit
simplicibus dicit xi^o Infirma eciam elegit
i. homines impotentes ut confundat for
cia ostendo eis quod propria potencia et forti
tudine non consequuntur salutem Et
ignobilia mundi elegit i. homines de
humili plebe Et contemptibilia i. homines de humili
plebe ut ea que sunt magne reputacionis
in hoc mundo reduceret ad humilitatem ut
non glorietur omnis caro i. ut nullus e
leuetur in superbia in conspectu dei sed
magis humilietur propter quod modus domi
ni in humilitate quibus est doctrine fidei
christiane confuerunt in aliqui principio credentes
docti et nobiles sed pauci ne fides
crederetur assumpta per ignoranciam et ru
ditatem Vnde inuenimus Gamaliel
Paulus et Nathanael et manaen
herodis tetrarche collactaneus Et io
seph ab arimathia potentes fuerunt
Eosdem eciam omnes uocauit ex iudeis et
non ex gentibus sicut dicit Ambrosius super
epistolam ad ephesios capitulo i^o tractans illud
in quo nos eciam uocati sumus dispen
sacione misterii predicacionis huius esse dicit
tantum qui ex iudeis crediderunt christo Et
nullus ex gentibus ad apostolatum est electus a christo

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3888, Cod3888_1r – Hymnarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dc32/2597/29867)